

## STVDIORVM CONTENTIO.



**A**D FRUCTVS palma veniunt puer vnus, & alter.

Hic supra ascendit, pronus at ille iacet.

Is qui ad radices desperans substitit imas

Præstat opem erecto, supediq; vicem.

Qui vero ascendit: fructus decerpit: & exijs

Largitur socio: participemq; facit.

**C**ERTAMEN studij, & doctrina gloria, Palma est.

Ad quam contendunt ingenui pueri.

Quorum alij puchro victi in certamine, tollunt

Victores: & ijs corpora subiiciunt.

Quæis tamen excerptos prudentia ab arbore fructus

Dant impertitos, consilioq; iuuant.

**N**ON omnes quicunque student: profectibus æquis

Ad frugem veniunt. deficit at bona pars.

Qui nitentur enim ad summum: illis altius ibunt:

Qui circa excordes infima substiterint.